209

solitamus ex voto. Seta penitudo
est sub indicio timuisse cōspectū.
Munera vestra fucata: mellis per
mixta dulcedie male credulis mē
tibus venena perturiūt. Cupidi
tas vestra omnia habendo nil pos
sidet: quia dyabolicis artibus ob
ligata misei lucri detinetur compē
dibus et gaudia vestra in similitu
dinem cuz ceperint splendere fran
guntur. Tunc iudex ira repletus
data sententia: precepit vt Sym
phorianus occideretur. Qui cū ad
locū duceretur: mater eius de mu
ro exclamās ait. Nate nate memē
to te eterne vite. sur sursū respice et reg
nantem in celo intuere. Tibi vita
non tollitur: sed in melius cōmu
tatur. Mox igitur decollatus est et
a xpristianis corp9 eius sublatū
et honorifice est sepultum. Ad cu
ius sepulchrum tanta fiebāt mi
racula vt etiam a paganis in hō
nore maximo haberetur. Refert
Gregorius Turonī. quod de loco vbi
sanguis eius effusus est: quidā
xpristianus tres lapillos sangui
ne eius ēspersos sustulit et in cap
sā argentea tabulis ligneis circū
septa locauit. Quaz cum in quodā
castro locasset et totum castrum i
cendiū cōsumpsisset: de medio
ignis predicta capsa sana et inte
gra est educta. Passus autē est
circa annos domini ducentos sep
tuaginta. ¶ De nomine.

Bartholomeus interpretatur
filius suspendentis me. vel
filius suspendentis aquas. Dicit
enim a bar quod est filius et tho
los quod est summitas et mos quod
est aqua. Inde Bartholomeus id
est fili9 suspendentis aquas id est
dei qui mentes doctorū sursum ele
uat vt aquas doctrinarum inferi
us fundāt. Per primum vero tri
plex notatur suspendiū quod ipē
habuit. Fuit enim suspensus id ē
eleuatus ab amorē mundi. vel sus
pensus id est intentus ab amore
celesti. vel suspensus id est totalit
innixus gratie et auxilio dei. vt nō
a suis meritis: sed a dei adiutorio
tota vita sua dependeat. Per secū
dum notatur profunditas sue sa
pientie de cuius sapientie profū
ditate dicit Dyonisius in mistica
theologia. Diuinus Bartholome
us dicit et multam theologiā eē
et minimam et euangelistam latū
et magnum et rursus concisum. Et
vult ostendere Bartholomeus
secundum intentionem Dyonisij quod vna
consideratione possunt omnia af
firmari de deo. Alia consideratione
magis proprie negari. et eleuat9 ab
amore mundi.

¶ De sancto Bartholomeo aplo.

Bartholomeus apostol9
veniens ad Indiam que
est in fine orbis: templuz
in quo erat ydolum nomine Asta
roth intrauit et quasi peregrinus
ibidem manere cepit. In hoc ydo
lo quidā demon habitabat qui
se languentes curare dicebat: sed
non sanādo subueniebat: sed a
lesione cessando. Sed cum templuz
languentibus plenū esset et nul
lum ab ydolo responsum habere possz

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0425
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG